

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, SS. Th. Doctor,
Facultatis Senior, & Superintendens Ad Exsequias Quas ... Dn. Joachimus
Lutkemannus, Th. D. ad aedem B. Jacobi Ecclesiastes ... Pater moestissimus
Filiolae Suae Infanti ... paratas cupit, Omnes & singulos Academicae Cives ...
invitat**

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773011412>

Druck Freier  Zugang



RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES QUISTORPIUS,

SS. Th. Doctor, Facultatis Senior, &
Superintendens

AD EXSEQUIAS,

Quas

Reverendus atque Excellentissimus


DN. JOACHIMUS
LUTKEMANNUS,

Th. D. ad ædem B. Jacobi Ecclesiastes
& Physices ac Metaphysices Prof.
ordinarius,

Pater mœstissimus

FILIOLÆ SUÆ INFANTI *Hann. Constantia*
scitissimæ mellissimæq; paratas cupit,

Omnes & singulos Academiæ Cives officiosè
ac peramanter invitat.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLVII,

FP Lutkemanni, Hanna 1647





Ullum non acerbum funus
esse, quod parens sequitur, verè
atque ex tripode dixit laudatissi-
mus ille inter omnes veteres scri-
ptor, & virtutis studio pæne Chri-
stianus, Seneca. Neque ullum est dubium,
quin & vir Reverendus atque Excellentissimus
DN. JOACHIMUS LÜTKEMANNUS
SS. Theologiæ D. ad B. Jacobi Ecclesiastes, &
Physices Metaphysicesque Professor Ordina-
rius, Collega noster plurimum honorandus:
ut & Caja ejus DOROTHEA LEVE-
TZOW N nobili stirpe oriunda, Defunctæ pa-
rentes mœstissimi, huic calculo & suos lubenter
addant; quippe qui hodie tenerrimæ Infanti
suæ HANNÆ CONSTANTIÆ Justa ex-
sequiarum persolvere coguntur. Lætitia non
perfunctoria afficiebantur, cum anno superio-
re, d. XVIII. Februarij, paullo ante tertiam
matutinam, inter CONCORDIÆ & CON-
STANTIÆ nomina ac omina felicissima, fi-
liolam hanc ex se natam susciperent: imò, quod
longe maximum est, per lavacrum illud *βαλυσ-
τηρίας*

varias eopse die **CONSERVATORI** nostro
infectam in sinum reciperent. Sed habet has vi-
ces conditio mortalium, ut secunda ex adversis,
& ex secundis adversa nascantur: & hanc omni-
bus humanis gaudijs legem natura dixit, ut vo-
luptatem curæ sequantur. Quemadmodum
HANNA CONSTANTIA eodem, quo
ante centum annos Phosphorus ille Germaniæ
B. LUTHERUS mundo valedixerat, tempore
nata fuerat: ita circa natalitia ejusdem **MAR-**
TINI, undecimo scilicet Novembris, paullo
post XI. meridianam denata est. Præterquam
quod à prima infantia aliquoties infirmitatibus
obnoxia fuit, ante octiduum præter opinionem
ac subito in morbum fervidum atq; acutum in-
cidit, cui etiam succumbere necesse habuit.
Quam triste putatis spectaculum hoc fuisse pa-
rentibus? Enimvero ut magnam & incredibi-
lem lætitiæ voluptatem ex incolumitate & re-
bus liberorum secundis capiunt: ita haud scio,
an major & minus consolabilis dolor sit ille,
quem calamitates & obitus liberorum inopinati
movent. Scilicet liberi sunt, quibus nihil hu-
mano generi dulcius, nihil datum est charius.
Ita ut turres urbium, equi camporum, naves
fluminum: ita, inquam, illi parentum sunt de-
cus & ornamentum. Qui igitur dolorem è libe-

rorum obitu acceptum concoctu facilem aut tacitè cogitat, aut liberè proloquitur: næ is & paterni magnitudinem affectûs animo non comprehendit suo: nec quid cordati hac de re senserint scripserintq; viri, unquam animadvertit, Cardiani Thraciæ populi probè intellexisse mihi videntur, qui crudelius in Milthocydem transfugam animadversuri, supplicijque atrocitatem aucturi, filium primum Candemum ante oculos patris ab aris obtorto collo detractum, per forum raptatum inhumaniter lacerarunt: & ad cutem usque admutilatum in pelagus è nave projecerunt Eamq; ob causam Timantes olim vultum Agamemnonis penicillo exprimere diffidebat. Is enim, cum in Iphigeniæ imolatione, filiâ stante ad aras periturâ, mœstum pinxisset, Calchantem, mæstiozem Vlysssem Menelao patruo addidisset, & tristitiæ omnem imaginem, consumsisset: Patris ipsius vultum quem dignè non poterat ostendere, velavit, & suo cujusque animo dedit æstimandum. Similem in modum D. LUTKEMANNI, liberorum amantissimi patris luctum non promimus: sed in communibus omnium sensibus, & in ipsa natura positum atque infixum esse cupimus. Ipse enim non facit cum ijs, qui gigantum more dicam naturæ scribunt, quando filiorum obitus lugendos putant,

putant, filiarum negant, quod hæc, ut Græcus ille ait, aliena sint patri possessio, familiæque suæ & caput & finis. Præterquam vero quod illi, qui inter liberos masculos & fæmellas tam ambitiose distinguunt: ipse iterum Euripides præclarè scripsit:

— *Patri nihil suavius esse*
Seni filiâ: masculos quidem majores
Animos: aptos vero minus ad blanditias.

Nos ut infanti demortuæ pacem merito precamur & quietem: ita Parentes in domestico hoc luctu æquam confidimus servaturos mentem, ne beneficium DEI, qui abstulit, quod dedit, malè interpretentur. Gaudeant potius quod filiolum habuerint: & usum fructum ejus, quantumvis brevior voto fuerit, boni consulant. Rectè quidem faciunt, dum alta mente reposita manet filiolæ tenerrimè dilectæ memoria, & talis hæc est pietas, cui merito ignoscatur: optimum tamen inter pietatem & rationem temperamentum est, & sentire desiderium & opprimere. Credent, scio, persuasissimumque habebunt in cælo Eam minoris non esse, quàm qui grandissimi natu eò transiverunt. Imo & tanto majoris quoque, quò innocentior ipsa decessit. Sublatâ enim, quæ increverat, labe, quam trahere maculam

culam poterat, quæ citius de ævieducta sordibus, quàm sordidandi spatium novam vestem nancisceretur? sequitur itaque immaculatum agnum immaculata ipsa & sancta: Virginem sponsam ipsa virgo: tanto integrior puriorque, quo brevius inter seculi probra & corruptelas versata est, quod salutavit verius, quàm ingressa est. Quâ cogitatione nullum solat um contra dolorem efficacius dari potest. Nam quæ de communi necessitate afferri solent, relinquenda pagani sunt: & si dicendum, quod res est, dolorem ac luctum accendunt magis, quam sedant. Cui locus amplius non est, cum semel concepta fiducia animis solvi corpora, ut coeant denuo, atque subduci calamitatibus seculi, ut in æternam felicitatem resuscitentur. Philosophi olim temporis longinquitatem censebant esse remedium, quod minueret atque molliret omnem dolorem. Nos verò à brevitate temporis mollementum luctus petendum existimamus. Exigua enim mora est, quâ mortales in hac vita ab iis dispescimus, quos ad meliorem præmisimus: & univèrsam hoc tempus, quod degimus, ad æternitatem, quam speramus, comparatum, instar momenti obrinet. Itaque quâ animi æquitate absentiam Filiolæ laturi essent Parentes optimi, si inter nos adhuc morata, alio in loco, & quidem
ex ani

ex animi sententia degeret, Eamque propediem
se conventuros esse scirent: eadem etiam hic in-
primis utentur, certissimi quippe, & vivere illam
positam nunc extra omnem fortunæ aleam, om-
nibusque cumulatam lætitiis incedere cum-
avo paterno SAMUELE LUTKEMANNO
Pharmacopoeo, cum viveret, Demminensi peri-
tissimo; avia paterna CATHARINA Zander
femina honestissima; avo item materno vi-
ro nobilissimo ac strenuo JOACHIMO Leves-
zowen / hereditario in Zinstorp / aviaque maternâ
ANNA Spectins / nobili stemmate oriundâ, &
tempus brevi affore, quod nos nostris, & nostros
nobis restituet, Ubi novos & æternos amores or-
diemur, quos neque Diaboli furor neque mali-
tia hominum, neque mortis luctuosa necessitas
turbare aut finire poterit.

Exanime hoc corpusculum postea ad Horam I.
efferetur & ritu Christiano componetur. Vos igitur
Cives Academiæ omnes & singulos officio-
se invito, ut funus ejus frequenti comitatu dedu-
catis. Vestris sæpe commodis & utilitatibus in-
servit Excellentissimus Defunctæ Parens, Colle-
ga noster multum colendus; memorem benefa-
ctorum animum demonstrandi occasionem,
heic habetis, quam elabi non patiemini. Cavete,
inter eos habeamini, qui beneficia quidem acci-
pere

pere sciunt, interpretari nesciunt. P. P. Rostochii sub sigillo Universitatis, XVII. KAL. DECEMBR. AN. clō lōc XLVII.

*Conventus fiet hodie hora I. in Aede
S. JACOBI,*



putant, filiarum negant, quod ha
ille ait, aliena sunt patri possessio
sua & caput & finis. Præterquam
illi, qui inter liberos masculos &
ambitiose distinguunt: ipse iterum
præclare scripsit:

— Patri nihil suavius est
Seni filiâ: masculos quidem majoribus
Animos: aptos vero minus ad bl

Nos ut infanti de mortuâ pacem n
mur & quietem: ita Parentes in do
luctu æquam confidimus servaturo
beneficium DEI, qui abstulit, quod
lè interpretentur. Gaudeant potius
lam habuerint: & usum fructum eju
vis brevior voto fuerit, boni consu
quidem faciunt, dum alta mente
net filiolæ tenerrimè dilectæ mem
hæc est pietas, cui merito ignoscatu
tamen inter pietatem & rationem te
tum est, & sentire desiderium &
Credent, scio, persuasissimum quæ
cælo Eam minoris non esse, quam q
mi natu eò transiverunt. Imo & ta
quoque, quò innocentior ipsa dece
enim, quæ increverat, labe, quam

A 3

